

## CAPUT V

focum putredinis indagat.

**L**OCUS PUTREDINIS sunt VASA cordi vicina & propinqua. In hoc differre à tertianâ continuâ, quæ sit à materiâ in vasis magis à corde diffitis stabulante, à nonnullis censetur.

VASA cordi propinqua sunt, quæ alis contermina apparent. Hæ, tanquam viæ manifestæ materiam corpoream, qualem constituunt humores, vapores, spiritus &c. ad partem adfectam, COR, deducant.

Intra vasa collectis humoribus febrim excitari ardentem contestatur Galenus lib. 2. de crisiibus cap. 6. ὁ γὰρ ἐπὶ μόνῃ τῇ ξανθῇ χολῇ πλεετὸς ἀναπτόμενος ἀνὰ σπλάγχνα κακώσεως. εἰ μὲν ἔν τῶ τοῖς ἀγγείοις ἐπὶ μὲν ἔσης τῆς χολῆς ἐξάπτετο, καύσος ἀνεβῆς ἴσιν. Quæ ob solam bilem flavam febris accenditur sine aliquo visceris affectu, & si maneat adhuc intra vasa bilis, ardens febris exquisita nominatur.

VASA quænam sint, determinat Galenus 1. epidem. comm. 2. 6. 73. esse vasa pulmonis, jecoris, ventris MAJORA INTERNA, cordi proxima. In his flava bilis putrescens causum efficit. Semper enim quò magis cordi vicinus est humor putrescens, eò majorem excitat calorem. Imò 3. epidem. comm. 3. t. 33. venas jecoris, pulmonum iterùm designat, ὡς ἐστὶν ἔ καύσος focum ardentis febris, iisque venas ventriculi adjungit.

Mercatus etiam alias venulas parvulas admittit cap. de febre ardente, modò non sint in ambitu corporis, sed in visceribus cordi, jecori & ori ventriculi proximis; nam in his quoque extrema adsunt vasorum.

Galenus 4. de rat. victus in acutis t. 17. pulmonum, jejuni & hepatis meminit, ostenditque convenire hæmorrhagias, abscessus & parotides circa cervicem, ἐπὶ ἐκείνων μᾶλλον τῶν καύσων, ἐφ' ὧν ἡ ἔ πάθος σύστασις ἐν τῷ πνεύμονι γίγνεται, in iis ardentibus febris, quarum sedes est in pulmonibus.

Quin etiam eosdem acutos morbos generari docet, cum bilis eis τὸ ἤπαρ καὶ εἰς κεφαλὴν καταστῆ, in hepar & caput tendat ac